

Sermo

dabunt. imo erunt paupes. et terra erit sterilis
Jo ap'ls dicit. Pacē seq'mini cū oib' et sancti-
monia. sine q' nemo videbit deū. Hebre. xij.
Nota. pacē et sanctimoniam sibi coniungit. q' aliq'
hnt pacē s'z nō sanctimoniam. s'z maliciā et pec-
catū. sic latrones int' se. lenones cū meretrici-
bus. Itē emptor. v'nditor et curator hnt pacē
s'z nō sanctimoniam qm fraudāt se inuicē. Se-
cro de hierl'm intravit tēplū dñi. Ecce h' eu-
charistie cōio. Postq' feceritis p'dictas stati-
ones vadatis ad templū dñi ad cōmunican-
dum. nec expectet' q' dñs veniat ad vos i in-
firmitate rē. Ben. xxij. Ingredere bñdicte
dñe. cur foris stas. et apposit' est in p'spectu ei'
panis. qd allegorice dicitur cuilibet xp'iano.
Ecce via paradisi quam xps veniēdo in hie-
rusalem nobis oñdit. Jo bñdic' qui venit i
nomine dñi.

Seria secunda post palmarum.

Sermo

VENIT VOX DE CELO

Vdicēs. Et clarificauit et itez clarifica-
bo Jo. xij. In isto sc'do euāgelio bre-
uiter pñtato inueni q'tuor magnos honores
dño Jhu xpo factos p' q'tuor rōes. Prim'
p dilectionē sp'ealem. Secūd' p admistratōz
intellectuāle. Tert' p deuotōz sp'eale. Quar-
tus p locutionē celestialem. De q'rto honore
dic'thema. Venit vox d' celo di. Quātum
ad p'mū honore xpo factū ex deuotiōe sp'eali
scz triū sanctaz et deuotaz psonaz. s. Marie
magdalene. Marthe. et Lazari. De q' die pñ-
cipiū euāgelij. An ser dies pasce venit Jesus
bethaniā vbi Lazar' fuerat mortu'. que su-
scitauit ihs. Fecerit aut' ei cenā ibi. et martha
mistrabat. Lazar' v'no erat ex discubētib'
cū eo. Maria aut' accepit lib'ā vnguētū nar-
dipistici p'ciosi et vxit pedes Jhu. et exersit
capillis suis. et dom' impleta est ex odore vn-
guētū. Nota h' bona secreta. An ser dies pa-
sce. q' illo mō pasca iudeoz fuit in die vener'
sancto. Jo h' iuiuium fuit sibi factū die sab-
bati p'teriti qm xps exiit ciuitatē effrene. que
erat iuxta desertū. in q' xps passus fuit mltas
miserias. et cū apl'is venit bethaniā. vbi erāt
maria magdalena et martha et lazarus. et multe
alie deuote p'sone pparauer' xpo cenam. nō
prandiū. Dic' practice quō cū magna sollici-
tudine martha mistrabat. licet esset nobilis
dñā. tū reputabat sibi ad magnū honorez q'
possit fuisse xpo. Etiā angeli. reputāt sibi ad

grām et honore. Matth. iij. Accesserūt āgeli
et mistrabant ei Lazar' etiā nobilis hōdedie
sibi aquā sup man'. Cogitate quō xps totus
humilis faciebat se deprecari. Deinde xps bñ
dixit mēsam dicēs. Oculi oim in te sperant
dñe. Hec bñdicio venit a xpo ad apl'os. ab
apl'is ad martyres. et deinde ad nos. Et qm
posuerūt se ad mēsam lazarus voluit fuisse. sed
xps noluit. s'z q' comederet Jo dic' euāgelista
q' lazarus v'no erat ex discubētib'. Nō scim'
qd faciebat martha. q' mistrabat. et Lazar'.
q' comedeat. maria magdalena qd faciebat.
de q' illa futebat xpo dic' Jhesus. q' de illo de
quo iā alias sibi fuerat portauit vnguētum
p'ciosum. sic fecerat quando fuit conuersa
modo in domo symonis leprosi. et lachrymis
lauit pedes xpi. Holuit aquā de rosa maria.
Et sicut in cōuersione fleuerat ex peccatorū
contritione. sic tūc fleuit ex christi compassi-
one dicens. O qui sustines totū mundum. et
incedis humiliter sustinendo labores rē. Et
cū illo vngento vxit pedes Jhu. et capillis
eius tersit quos ante portabat tanq' reliq'as
Ecce dicit Jhesus q' tota dom' impleta ē
et odore vnguētū. Ecce primus honor.
Doralit. Sicut tūc xps an ser dies pasche
venit in bethaniā vbi fecerūt sibi dictū con-
uiuuium. ita ab hac die in quo legit' h' euāgelij
um vsq' ad festū pasce sunt ser dies. Et xps
hodie venit in bethaniā. id est. in personam
obediētē que venit in penitētia. Bethania
interpretat' domus obediētē. Persona autē
que obedit p'mo pcepto xpi di. Penitentiaz
agite rē. Matth. iij. dicit bethania. in qua ve-
nit xps p gratiā. et preparatur xpo cena. Nota
etiā hic quō aliqui dant xpo prandiū et cenā
Quidam qui nō dant sibi prandiū nec cenā
Quidam qui dant prandiū solum sed non
cenam. Quidā sunt q' dant solū cenā. Pran-
dium dant xpo penitētes. qui dant mane. i.
in pncipio quadragesime inceperunt facere
penitentiaz. et etiā dant sibi cenam qm ipsam
continuāt vsq' in finē quadragesime. q' pe-
nitentia est cibus et refectio xpi. Joh. iij. De-
us cibus est vt faciā volūtātē ei' q' misit me. et
loquit' de penitentia et p'ersione peccatorū.
Dicit illis q' dederūt sibi prandiū et cenam.
Vos estis q' pmanistis mecū in tēptatiōib'
meis. Et ego dispono vobis sicut disposu-
it mihi pater meus regnū. vt edatis et bibat'
super mēsam meam in regno meo. Luce. xij.
Nota. pmanistis. i. p'seueranter mansistis. et

Feria secunda palmarum

stetistis i tēptatōibz meis. Tēptatōnes n̄ras
dic̄ esse suas. qz ei⁹ effectiue sūt. q̄s ip̄e dat no
bis ad augmētū meritoz. s; n̄re sūt subiecti
ue z paciēter. Quidā nec prandiū nec cenam
dāt x̄po excusando se de p̄nia zc. Quibz dicit
x̄ps. Ecce fui mei comedent. z vos esurietis.
Ecce fui mei bibent z vos sitietis. Ecce fui
mei letabunt. z vos confundem. **Isa. lxxv.** **I**do
ad min⁹ dētis sibi cenā. i. sine quadragesime.
Quidā dederūt sibi prandiū s; nō dāt sibi ce
nam. qz mō deficit eis cor i sine quadragesi
me. Tales q̄ sic se excusant false. excludent a
cena x̄pi. de q̄ **Lu. xiiij.** **D**ico vobz q̄ n̄eo viro
rū illoz gustabit cenā meā. De q̄ **Apocal. xix**
Bti q̄ ad cenā nuptiaz agni vocati sūt. Qui
aūt nō dederūt x̄po prandiū in p̄ncipio q̄dra
gesime ad min⁹ dēt sibi cenā. i. sine q̄drage
sime. istā hebdomadā sanctā. **S**z optz q̄ sint
ibi tres p̄sone. i. martha q̄ interpretat̄ irritans
seu puocās. z sigeztritōz. q̄ nō est nisi irritatō
z puocatio dolorz. p̄t̄ p̄ctā. **S**cdo oportz q̄
sit ibi lazarus q̄ interpretat̄ adiut⁹ a. do. **E**cce orz
p̄fessio. **R**ō ē. qz sic lazarus q̄ erat mortu⁹ iuuan
te do surrexit a morte ad vitā. ita sp̄s q̄ iac
z mortu⁹ p̄t̄ p̄ctā i monum̄to corp̄is iuante
deo suscitatus a morte culpe ad vitā gr̄e in p̄fel
sione. **I**do dicit̄ scriptura sc̄ta de ill⁹ q̄ bñ p̄fiteat̄ z
clare. **S**epulchz patēs est guttur eozū. **p̄s. v.**
Tertio optz q̄ sit ibi maria magdalena cum
alabastro vngēt̄ p̄ciosi. i. afflictio corp̄is me
dicinal. qz sanat oēs plagas p̄ctōz n̄roz. **g**
isto vngēt̄ p̄cioso vngam⁹ pedes ihu. **C**aput
ei⁹ est p̄ncipiū q̄dragesime. **C**orp⁹ tūc sequēs
s; pedes sūt vltia hebdomada. **S**ic tota do
m⁹ implebit̄ odore vngēt̄. **U**n̄ d̄r ap̄ls. **ij. Coz.**
ij. **D**eo gr̄as q̄ sp̄ triumphat nos i x̄po ihu. z
odorē noticie sue manifestat p̄ nos i oi loco.
qz x̄pi bon⁹ odor sum⁹. **N**ota d̄ murmuratōe
iude dicit̄. **U**t qd̄ p̄ditio h. potuit em̄ venū
dari mlto z dari paup̄ibz. **U**tinā nō sit int̄
nos aliq̄s iudas q̄ de vngēt̄ p̄cioso afflictō
nis corp̄is z p̄nie murmuret z dicat. **U**t me
lius valeret facere elemosynam q̄ ieiunare.
Vos vt iudas dicit̄. vt qd̄ p̄ditio h. zc. **B**o
na est elemosyna. s; i suo casu melior est p̄nia
corp̄alis. **U**n̄ sic vulnerat⁹ q̄ timet p̄uictiones
z dicit̄ medico. recedatis. nō sanat. z male d̄r.
sic etiā p̄ctōz q̄ dicit̄. z qz melior est q̄ faciam ele
mosynā. male d̄r. **N**ō curat̄ vuln⁹ luxurie a
plaga luxurie nisi p̄ scopā de pane z aq̄. **I**dē
de guloso q̄ dimittit ieiunia dicit̄. q̄a dabo
elemosynā. **S**cud⁹ bonoz x̄po hodie fa

ctus venit p̄ admiratōz intellectuale. **S**cies
dū q̄ om̄s iudei p̄gregabāt i hierl̄m rōe festi
uitat̄ pasce. **E**t q̄n̄ p̄ls audiuit tā magnum
miraculū de suscitātōe lazari tā publicum z
notoriū z tāti baronis. cui⁹ mortē sciuit tota
patria. ex admiratōe tāti miraculi d̄r **Johes**
qz veniebāt gētes. nō p̄t̄ ih̄m i. s; vt vide
rēt lazarus quē suscitauit a mortuis. **D**e q̄ dicit̄
Aug. qz narrabat mirabilia q̄ viderat d̄ alio
mūdo. i. quō dānati sūt om̄s q̄ sine fide chri
sti moriunt. **N**arrabat etiā diuersitatē p̄caz
infern̄. **I**dē de purgatorio. **I**tē de pueris cū
originali p̄ctō decedētibz. **I**tē de padiso. d̄ or
dinibz angl̄oz. qz illi d̄ inferno vidēt beatos
Itē dicit̄ glo. qz discipuli x̄pi q̄sicut̄ multa ab eo
de alio mūdo. p̄t̄t̄ oēs volebāt lazarus vi
dere z ipsum audire. z ex v̄bis suis multi cō
uertebant̄ ad x̄pm. p̄t̄ qd̄ p̄ncipes iudeoz
cogitauerūt etiā occidere lazarus. **E**t ex isto
miraculo p̄ls ciuitatis hierl̄m recepit x̄pm
venientē in die ramoz cū tāto honore z solē
nitate dicēs. **B**ñdicit̄ q̄ venit i no. zc. **N**ota h
secretū allegoricū. qz **Lazarus** quadriduanus
fuit a x̄po suscitatus. **I**deo ex admiratōe p̄ls
fecit sibi istū honore. **S**cōm **N**ota h̄ q̄tuoze
dies a p̄ncipio mundi vsqz in finem. s; vsqz
ad diem iudicij. **P**rimus dies est legis natu
re. **S**ecūdus legis scripture. **T**ertius legis
gratie. **Q**uartus legis ire. **I**n quibz **Lazarus**
id est. humanū genus iacet mortuū. **P**rim⁹
dies legis nature fuit ab adā vsqz ad **Boy**
sen. **D**icitur autē lex nature. quia tunc gen
tes se gubernabant intellectu naturali. quia
tunc non habebant libros nec doctores nec
magistros. **E**t dicebat̄ dies p̄t̄ claritatē in
tellectus. **D**e isto die dicit̄ ap̄ls **Romanoz.**
ij. **C**um gētes que legē non habent. naturali
ter ea q̄ legis sunt faciūt. eiusmodi leges non
habentes ipsi sibi sunt lex. qui oñdunt opus
legis scriptū in cordibus suis. testimonium
reddēte illis p̄scia ipsorum. **E**cce p̄ma dies.
Secūda dies s; legis scripture fuit a moy
se vsqz ad x̄pm. z durauit vltra millez q̄ngen
tos annos. **E**t tūc gentes gubernabāt se. nō
solum intellectu naturali. s; etiā p̄ scripturas
quas deus voluit dare. quia gentes male se
gubernabant solo intellectu naturali. **I**deo
ista dies fuit clarior prima die. **P**rouer. vj.
Dandatū lucerna est. z lex lux. z via vite in
crepatio discipline. i. vicioz. **E**cce sc̄da dies
in quo **Lazarus**. id est. humanū genus iacet
mortuum. **T**ertia dies. i. legis gratie. est iste

Bermo

dies in q̄ sum^o mō a xpo citra. z ista dies erat necessaria. qm̄ lex moysi n̄ loq̄bat̄ d̄ alio mūdo. sic ista q̄ loq̄t̄ de paradiso. d̄ inferno et purgatorio. Et scim^o qd̄ fuit. qd̄ erit. **Jō** ista dies est clarior alijs p̄dicis. De ista die dicit xps̄ **S**i q̄s ambulat̄ i die nō offendit. qz lucē h̄ mōi videt. **Jō. ix.** In isto etiā die lazari. i. hu manū gen^o iacet mortuū i terra. qz nōdū vernerat resurrectione general. Quarta dies post hūc diē gr̄e venit cito z breuit. s. dies legis. ire z corruptōis antixpi q̄ corrupet z destruet totā legē xpi. de q̄ dicit dō. **C**ōstitue dñe legistatorē. **Glo. antixpm. sup. eos. i. peccatores** **Uñ ecclia.** Dies illa dies ire dies calamitatis z miserie. zc. **Etiā** in isto q̄rto die lazari. i. hu manū gen^o iacebit mortuū. corruptū z fetidū qz tot^o mūd^o scaturiet de pctis z mollicijs s̄z in sine h̄ diei veniet xps̄ i bethania. i. in h̄ mūdo. in q̄ tūc fruabit̄ sibi obediētia. qz mortuo antixpo tot^o mūd^o p̄uertet ad xpm̄. **Et** si cut in suscitātōe lazari clamauit dices. **L**azari veni foras. z statim surrexit. sic clamabit tūc dices. **Surgite** mortui. venite ad iudiciū. **Tūc** boni resurgēt cū ramis palmarū in manib^o. in signū victorie quā habuerunt de mūdo p̄ paup̄tatē. de diabolo p̄ hūilitatē. de corruptiōe p̄ castitatē. z veniēt obuiam xpo cātando z dicēdo. **Bñdicit^o** q̄ venit i nomine dñi. **De h̄ die Joh. apoc. vii.** **A**uditur bam magnā quā nemo dinumerare poterat ex oib^o gētib^o z tribub^o z pplis z linguis stantes an̄ thronū z i respectu agni. amicti stolalbis. z palme i manib^o eoz. z clamabāt. s. bene dicit^o q̄ ve. zc. **Tertio** honoz xpo fact^o venit p̄ deuotōz spēalem. de q̄ dicit euāgelii. **E**rant gētiles q̄dā q̄ ascēderūt vt adorarēt in die festo. hi accesserūt ad philippū dicētes. **Dñe** volum^o **Jhm** videre. **V**enit philipp^o z dicit andree. **A**ndreas rursus z philipp^o dixerūt **Jhu** **Jhs** aut̄ dicit. **V**enit hora vt clarificet̄ fili^o hois. **A**mē amē dico vob. **N**isi granū frumēti cadens in terram mortuum fuerit. ipsum soluz manet. si aut̄ mortuū fuerit. multū fructum affert. **D**ic quō gētiles. (id est. geniti tales. qz incircūcisi quales geniti etiam ex deuotōe veniebāt adorare in hierlm̄. tāq̄ sapiētes z discreti. vidētes qz iudei adorabāt vnū deū. iō secrete veniebāt in hierlm̄ adorare deū. **M**ulti etiā veniebāt ad videndū xpm̄ p̄pter magnā famā miraculoz. **E**t dixerūt philippo aplo. quē inuenerūt primo **Dñe** volum^o **Jhm** videre. **E**t nūq̄d videbāt ipm̄

quē p̄dicabat. imo. s̄z dicebāt qz volebāt loqui cū eo. qz nō loq̄bat̄ cū aliq̄ nisi ex magna necessitate. **Jō** dicit. **E**go palā locut^o sū mūdo. **E**go sp̄ docui i synagoga z tēplo in q̄ omnes iudei ueniūt. z i occulto locut^o sū nihil. **Joh. xvij.** **Philipp^o** aut̄ dicit andree. z simul ambo dixerūt xpo. q̄ r̄ndit ei dices **V**enit hora vt clarificet̄ fili^o hois. i. cognosceat̄ a gētilib^o z paganis q̄ esset ver^o fili^o dei. **A**p̄li aut̄ tūc i tellerūt q̄ tūc statim clarificaret̄. s̄z xps̄ de clarauit eis tps̄ z modū dicēs. **A**men amen dico vob. **N**isi granū frumēti ca. in terraz zc **Tūc** cōparauit se ḡno frumēti cadētē d̄ celo in terrā. s. vteri p̄ginal in incarnatōe. quod si mortuū nō fuerit. s. p̄ passionē. ipm̄ soluz manet. s. saluū. **S**i aut̄ mor. su. mul. fruct. affert. scz redēptionis z saluatōis. **¶ Nota.** **I**lli gētiles volentes videre **Jhm** dixerunt philippo. z philippus dicit andree. z ambo fil^o dixerunt xpo. **Q**uare philippus nō dicit xpo cuz esset ita discipul^o z familiaris xpo sicut **A**ndreas. **R̄nsio.** **A**d oñdendū tres gradus qui sunt in visione z cognitione dei. s. p̄mus per scientiam p̄hysicalē. secūdus p̄ scientiam theologicalem. tertius p̄ scientiam beatificalem. **P**rimus gradus visionis z cognitionis dei est p̄ scientiā p̄hysicalē. signatā p̄ philippuz. qui interpretat̄ os lampadis. **T**alis est scientia philosophicē. que habet magnū os ad instar lampadis. z infra habet parū lumen. i. parū cognitionē de deo. qz soluz cognoscit q̄ est vna p̄ma causa z vnus primus motor. **U**nde philosophi in scolis probabāt vnū eē deum. z in templo adorabant ydola. **S**z scientia philosophicē habet magnū os ad disputandum. arguendū. z respondendū. **Jō** gētiles veniunt ad **Philippū.** id est. ad p̄hilo sophiam vt viderēt xpm̄. **I**deo parū sciuerūt de deo. p̄ scit modo de deo vna vetula que scit **C**redo in deū. zc. q̄s antiqtus sciuerūt omnes philosophi. **I**deo oportet q̄ **Philipp^o**. i. philosophus veniat ad andream. qui interpretatur decorus. qui significat theologiam siue theologum pulcrū z decorū. qui est sine macula erroris. quia sapientia theologice est pura veritas. sed nec ista sufficit. quia modo in hoc mundo solū in figura z speculo videmus deū. **¶ Cor. xiiij.** **V**idem^o nūc p̄ speculū in enigmate. tunc autē facie ad faciem **S**peculum sunt creature que rep̄ntant creatores **V**erbi gratia. **T**erra cum arboribus representat potentiam dei. **A**que que abluunt et

Feria tertia palmarum

mūdāt repñtāt mīam dei q̄ lauat z mūdāt a peccis. z sic de alijs. Et i enigmate. i. p figurā Ergo nec philipp⁹ nec andreas sufficiūt. nec scie phie nec theologie sufficiūt ad vidēdum deū clare. S; optet ire ad xpm p glam beatificā in paradiso. Et tūc facie ad facie videb⁹ eū sicuti est. **Uñ** ḡ dixerūt gētilēs. volum⁹ ihm videre. s. tāq; libz glie hñtem duas cartas. s. diuinitat⁹ z hūanitat⁹. in q̄b; p̄sistit tota glia pmo Joh. iij. Scim⁹ qm̄ cū apparuerit similes ei erim⁹. qm̄ videbim⁹ eū sicuti ē. vbi non est speculū nec figura aliq;. s; visio clara z apta. **Quart⁹** honor z maior alijs fuit p locutionē celestiale. qz de⁹ p̄fuit locut⁹ xpo audite p̄p̄o. z h̄ qñ xps eleuatis ocul⁹ in celū dixit Pater clarifica filiū tuū. Et venit vox d̄ celo dicēs. Clarificaui z itez clarificabo. Nota clarificaui. i. clare demōstrauī qz tu es fili⁹ me⁹. s. in miracul⁹ p te factis. In q̄b; oñdit diuinitas mea. Et itez clarificabo. s. in passioe resurrectione. ascensione. z in generali iudicio Turba autez que stabat z audiebat dicebat **Conitruū** factū est. Alij dicebāt nō. s; angelus ei locut⁹ est. Quib; dixit xps. Non ppter me s; ppter vos h̄ vox venit. qz xpus iam sciebat voluntatē p̄ris. qz inq̄stū de⁹ eadē est voluntas p̄ris z filij. Et iā inq̄stū hō sciebat voluntatē p̄ris. s; illa vox venit propter illos vt crederēt in filiū dei. De illa voce dixerat iam dauid. ps. xxvii. Vox dñi sup aq̄s de⁹ maiestatis intonuit. Ibi septies d̄r vox dñi propt̄ septē clarificatōes filij dei. **Primo** dic. Vox dñi sup aquas. s. lacrimaz xpi. q̄ mortu⁹ fuit lacrimādo. **Deb. v.** Cū clamore valido z lacrimis se offerēs exaudit⁹ est p sua reuerentia **Sup** aq̄s h̄ginis marie z aliaz deuotarū psonaz. z fuit clarificat⁹. qz sol fuit obscuratus **Secdo.** Vox dñi in p̄tute. p̄p̄t clarificatiōez quā habuit i inferno. qñ dixit. Attollite portas. qz p̄tute diuina statim porte fuerūt apte **Itē** fuit clarificat⁹ in lympo in q̄ sancti p̄res ibi ipm̄ expectantes viderūt diuinitatē clarissime. **Tertio.** Vox dñi in magnificentia. Ecce clarificatio resurrectionis. qz magnifice surrexit. z sanctos patres liberauit **Quarto.** Vox dñi p̄fringentis cedros. i. ap̄los omnib; alijs altiores sancts z maiores. s; fuerūt tardi z duri ad credendū xpi resurrectionez vt p̄z de **Thoma.** S; h̄c duriciā xps p̄fregit qñ eis apparuit. z crediderūt firmē suam resurrectionē. **Quinto.** Vox dñi intercidentis flammā ignis. s. impatorū romanoz. qui

faciebant edicta leges z ordinatōes p̄tra xpi anos. S; hec flāma furoris fuit intercesa in p̄uersione cōstātini impatoris. **Sexto.** Vox dñi p̄curientis desertū. i. celū empyreū. qd̄ d̄r desertū **Luc. xv.** in parabola ouīū quas xps dimisit in deserto. i. in celo. qz celū est desertū a malis angel⁹ z hominib;. S; qñ xps ascendit in celū totū cōmotū fuit in gaudiū z leticiam angeloz z hoim. **Septimo.** Vox dñi p̄parantis ceruos. s. in die iudicij qñ de celo z de inferno saltabūt aīme ad recipiendū corpora sua i generali resurrectione. Deinde data sn̄a finali a xpo. sil cū carne z aīma saltabūt mali ad infernū. boni vō i celū empyreū **De** h̄ dic dauid in p̄sona cuiuslibet boni. Qui p̄fecit pedes meos tāq; ceruozū. z sup excelsa statuēs me. ps. xvij.

Feria tertia post palmarum. Sermo.

Bonū erat ei si nō **B**ess; nat⁹ hō ille. **Mar. xiiij.** z i passioe dñi statim lecta scribit⁹ p̄bū istud **Uerbu** p̄positū h; magnā difficultatē i theologia. **Jō** in p̄nti p̄mone volo ipm̄ declarare **S; p̄mo** salutē p̄go ma. zc. **Bonū** erat ei **Pro** h̄ p̄bi declaratione z materie p̄dicade i troductiōe sciendū qz p̄m diuersitates z p̄ditiones p̄ctōz z vicioz dñt esse diuersi modi correctionū. **Sic** p̄m diuersitatē z p̄ditionē infirmitatū z plagaz sunt diuerse medicine. qz vna medicina nō esset bona oib; infirmitatib;. **Ita** nec vn⁹ mod⁹ correctōis oib; peccat⁹. **Nota** ḡ tres modos p̄ctōz seu plagaz rū. **Quidā** em̄ peccāt ex ignorātia credentes bñ facere. qz si scirēt se male facere nō facerēt tales indigēt medicina scie. s. vt declaret eis malū qd̄ faciūt vt corrigant. vnde a plaga d̄ ignorātia p̄pria medicina est scoba d̄ sciētia. **Et** istū modū tenuit xps erga aplm̄ paulū q̄ peccabat ex ignorātia p̄sequēdo xpm̄ z xpianos. **De** q̄ dic̄ ip̄emet. **Pr̄.** añ sc; p̄uersionē. fuit blasphem⁹ z p̄secutor z p̄tumeliosus. sed mīam dei p̄secut⁹ sum. qz ignorās feci i incredulitate. **j. Thi. j.** S; curat⁹ fuit a xpo medicina scie. qñ in terrā p̄stratus circūfussit eū lux zc. **Et** sicut ab extra apparuit claritas. ita etiā in int⁹ in aīa fuit illuminat⁹. **Jō** p̄uersus dixit. **Dñe** qd̄ me vis facere. **Actū.** ix. **Quidā** peccāt ex fragilitate seu impotētia. qz bñ velent cauere a peccis. s; habita occasiōe peccāt v̄l amore carnali v̄l timore corpali. qz sūt fragiles. t̄les indigēt medicina amor⁹ dei. vt suo